



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

IX. De præsumptoribus episcopis, qui aliorum diœceses pervadunt, aut  
illorum clericos promouent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

ANNO  
CHRISTI  
461.

IX.

De præsumptoribus etiam placuit obseruari, vt si quis episcopus in ius fratris sui suam conatus fuerit inserere potestatem, vt aut dioceses alienas, transgrediendo terminos a patribus constitutos, peruadat, aut clericos ab aliis \* ordinatos promouere præsumat, ab vniuersorum fratrum & confacerdotum suorum communione se alienum efficiendum non dubitet, quia Apostolo dicente cognoscimus, 1. Thim. 3. nullam nos cum fratribus inordinate ambulantibus, & non secundum traditionem a patribus constitutam, posse habere participationem.

\* ordinatos vel functionales promouere præsumat,

X.

Ordinationes vero illicitas in irritum deuocamus, nisi satisfactione quæ ad pacem pertinent, componantur.

XI.

Si quis vero clericus, absque episcopi sui permissu, derelicta ecclesia sua, ad alium se transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur.

XII.

Et vt clerici non absque sacerdotum suorum commendatione ad alias prouincias, siue ciuitates, ambulare disponant.

XIII.

Illud etiam secundum scripturarum auctoritatem, vel patrum constitutionem, addendum credidimus, vt ne quis clericus, qui negotiandi studium habere voluerit, vsuras accipiat, quia scriptum est: *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Psal. 14. & alio loco: *In plateis eius vsura & dolus.* Manife- Psal. 54.